Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1555
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ut omnis qui pecierit aliquam petitionem a quocumque deo et
homine usque ad dies .xxx. nisi a te rex mittatur in lacum leonum.
Tunc itaque rex confirma sententiam et scribe decretum ut non immutetur quod statutum
est a medis et persis. nec prevaricari quicquam.
(gloss: .i. persis .i. temptantes.)
Porro darius rex proposuit decretum et statuit. (gloss: scilicet edictum.)
Quod cum daniel comperisset id est constitutam legem ingressus domum suam
et fenestris apertis in cenaculo suo contra ierusalem (gloss: scilicet iudeo patrie.)
tribus temporibus in die flectebat genua et (gloss: scilicet tercia sexta nona.)
orabat confitebaturque coram deo suo. sicut ante facere consueverat.
Viri ergo illi curiosius inquirentes invenerunt danielem orantem et obsecrantem deum suum.
Et ascendentes locuti sunt regi super edicto.
Rex numquid constituisti omnis homo qui rogaret quemquam de diis et hominibus
usque ad dies .xxx. nisi a te rex mitteretur in lacum leonum.
Ad quos respondens rex ait. Verus est sermo iuxta decretum medorum atque persarum quod prevaricari non licet.
Tunc respondentes dixerunt coram rege. Daniel de filiis captivitatis iude non curavit de lege tua et de edicto quod constituisti. sed tribus temporibus per diem obsecratione sua. Quod verbum cum
(gloss: scilicet quod magis intollerabile.) (gloss: scilicet eam esse) (gloss: in insidiarum.)

Hinc discimus ne periculis nos temere offeramus. sed quantum in nobis est insidias declinemus. daniel enim non passim contra regis imperium agebat. sed domi in abscondito ubi regis obsequitur impio.

Persicum est unum regnum fuisse sub dario et cyro medorum atque persarum quia cirus nepos darii ex filia. unde daniel modo sub hoc modo sub illo fuisse dicitur.

Domum domata latine dicuntur. vel menia vel tecta. vel solaria grece. tauleta vel cenacula latine. Dominus in cennaculo pascha celebrat. super .cxx. animas spiritus descendit. in cenaculo daniel quoque iussa regis contempnens non in humili. sed in excelso orat et secundum preceptum dei et consilium salomonis qui contra templum esse orandum dicit.

Tribus temporibus hora tercia descendit super apostolos spiritus sanctus. sexta volens petrus comedere adorationem in cenaculum ascendit et petrus et iohannes ascendebant in templum ad horam nonam. his tribus temporibus orabat daniel.

Generaliter inducunt ut rex propria concessione teneatur nec aliter super danielem statuat quam fuerat locutus ante.

Sepius notandum unum esse regnum medorum et persarum ut solvamus quod daniel nunc sub cyro nunc sub dario fuisse memoratur.

Vidit rex sexpria voce captum